GREGORIUS MAGNUS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift

flens dico inimicos crucis xpi. quorum finis interitus.
quorum uenter ds est. & gla inconfusione ipsorum. Et rursum.
H uiusmodi xpo dno non seruiunt sed suo uentri. Cornu
suo igitur rinoceros iste non iam homines sed bestias p
cutit quando illa paulus doctrine suę fortitudine ne
quaquam perimendos humiles impetit. sed superbos uen
tris cultores occidit. Quę ergo in paulo scripta cog
noscimus. sup est. ut facta & in alis credamus. Multi
quippe ad humilitatis grām. ex illius populi elatione
conuersi s. quorū scuticam dns du subiugo inspirati
timoris edomuit. nimirū rinocerotis sibi fortitudinem
V. subegit. Sed quia mira di potentia quid de electis egit
audiuimus. nunc miram eius patientiam in his quos
reprobans tolerauit audiamus. Penna strucionis similis
est pennis herodii & accipitris. Quid strucionis nomine
in synagoga signatur. quę alas legis habuit. s; corde in
infimis repens nunquam se aeria subleuauit. Quid u
p herodiū accipitre. nisi antiqui patres exprimunt.
qui ad ea quę potuerunt intelligendo pspicere. ualuerunt
etiam uiuendo puolare. Penna ergo strucionis herodii &
accipitris pennis est similis. quia synagoge uox prior
doctrinā loquendo tenuit. s; uiuendo nesciuit. Vnde
eiusde synagoge populos de pharisei atq; scribis ueritas
admonet dicens. Sup cathedram moysi sederunt scribe
pharisei. Omnia ergo quecūq; dixerint uobis seruate &
facite. sedm opa uero eorum nolite facere. Multa autem di-
cere de herodii uita potuimus. sed quia penna eius. tantū
modo ad memoriā ducitur. de uita loqui phibemur.
Q uę derelinquit in terra oua sua. tu forsitan impulue
re calefacis ea. Inouis aliud est quod cernitur. aliud
quod spatur. Et uiderī spes non potest. paulo attestante